

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXVIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo CXXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



diem in malitia per egisti, uel cras mutate; semper expectasti. & de misericordia  
di tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi per patientiam promisit indulgen-  
tiam, promisit tibi & iam prolixiorē uitam; unde scis quid pariat crastinus di-  
es. recte dicis in corde tuo, quando me correxero. dñs mihi omnia peccata dimi-  
tat, negare non possumus, quod cor rectis atq. conuersis indulgentiam dñs promi-  
sit; nam in quo propheta mihi legis, quia promisit cor recto indulgentiam, non  
mihi legis quia promisit tibi dñs longam uitam; ex utroq. igitur homines pericu-  
tantur, & sperando, & desperando, contrarius rebus, contrarius affectionibus,  
sperando decipiuntur, & desperando, quid dicit, bonus est dñs, misericors est dñs, fa-  
cium quod mihi placet, quolibet laxem habenas cupiditatibus meis, impleam de-  
sideria animae meae; quare hoc, quia misericors est dñs, bonus est dñs, mansuetus  
dñs; spe isti periclitantur, desperatione autem, qui cum inciderint in graua pec-  
cata, putantes sibi non posse iam ignosci poenitentibus, & statuentes se ad damna-  
tionem sine dubio destinatos, dicunt apud se ipsos; iam damnandi sumus, quare  
non quod uolumus facimus, animo gladiatorum ferro destinatorum, ideo moles-  
ti sunt desperati; iam enim quod timeant non habent, & uehementer timendi sunt;  
Istos desperatio necat, spes illos, inter spem & desperationem fluctuat animus,  
mouendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, in-  
cidat in iudicium. Mouendum est rursus ne te occidat desperatio, & cum putas  
iam tibi non ignosci quae graua commisisti, non agas poenitentiam, & incurras  
in iudicem sapientia quae dicit, & ego uestrae perditioni super ridebo; quid  
ergo agit dñs cum periclitantibus utroq. morbo. Illis qui spe periclitantur,  
hoc dicit; ne tardes conuertere ad dñm, neq. differas de die in diem, subito enī  
ueniet ira illius, & in tempore uindictae disperdet te; Illis qui desperatione pe-  
riclitantur quid dicit. In quacumq. die iniquus conuersus fuerit, omnes ini-  
quitates eius obliuiscat; propter illos ergo qui desperatione periclitantur,  
proposuit indulgentiae portam; propter illos qui spe periclitantur, & dilati-  
onibus in luduntur, fecit diem mortis incertum; quando ueniat ultimus  
dies nescis, & ingratus es, quia hodiernum habes in quo corrigaris; sic ergo ad  
istam mulierem. Ne ego te damnabo, sed facta secura de praeterito caue fu-  
tura, ne ego te damnabo; deleui quod commisisti, obserua quod praecipitur  
inuenias quod promisi;

**INCIPIT SERMO XXXIII**

**DE EO QUOD DICTUM EST. EGO SUM LUX MUNDI. QUI SE-  
QUITUR ME, NON AMBULAT IN TENEBRIS, SED HABEBIT**

**Q**uod modo audiuius & intenti accepimus **LUMEN UITAE**  
cum sc̄m euangelium legeretur, non dubito quod omnes homines  
& iam intellegere conati sumus, & quisq. nostrum de re tam magna.



quae lecta est. pro suo modulo coepit quod potuit. & posito pane uerbi nemo  
 est qui se quieratur nihil gustasse; sed iterum nondubito. quia difficile quisquā  
 est qui totum intellexerit; tamen & iam si est qui omnia uerba dñi ihu xpi mo  
 do ex euangelio recitata satis intellegat. toleret ministeriū nostrū. quousq. si  
 possimus illo adiuuante tractando faciamus ut uel omnes uel multi intellegant.  
 quod se pauci intellexisse laetantur; quod ait dñs. Ego sum lux mundi. clarū  
 puto esse eis qui habent oculos unde huius lucis participes fiant; qui autē non  
 habent oculos nisi in sola carne. mirantur quod dictum est ad dño ihu xpo. ego  
 sum lux mundi; & forte non desit quid dicit apud semetipsum; Numquid forte  
 dñs est xps sol iste qui ortu & occasu per agit diem. non enim defuerunt here  
 tici qui ista senserunt; manichei solem istum oculis carnis uisibilem. expositū.  
 & publicum. non tantum hominibus sed & iam pecoribus ad uidentium. xpm dñm  
 esse putauerunt. sed catholice ecclesiae recta fides improbat tale commentū.  
 & diabolicam doctrinam esse cognoscit. nec solum cognoscit credendo sed in  
 quibus potest conuincit & iam disputando. Inprobemus itaq. huius modi errorem.  
 quem scā ab initio anathematizauit ecclesia. non arbitremur dñm ihu xpm hunc  
 esse solem quem uidemus oriri ab oriente. occidere in occidente. cuius cursui  
 nox succedit. cuius radii nube obumbrantur. qui certo de loco in locum mo  
 tione commigrat; non est hoc dñs xps. non est dñs xps sol factus. sed per quē  
 sol factus est. Omnia enim per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nihil.  
 Est ergo lux. quae facit hanc lucem. hanc amemus. hanc intellegere cupiamus.  
 ipsam sitamus ut ad ipsam duce ipsa aliquando ueniamus. & in illa ita uiua  
 mus. ut numquam omnino moriamur; ista enim lux est de qua propheta  
 olim praemissa ita in psalmo cecinit. homines & iumenta saluos facies dñe.  
 sicut multiplicata est misericordia tua dñs; psalmi scī ista uerba sunt. aduer  
 tite quid de tali luce antiquus scōrum hominum dī sermo praemisit. homi  
 nes inquit & iumenta saluos facies dñe. sicut multiplicata est misericordia tua  
 dñs; qm̄ enim dñs es. & habes multiplicem misericordiam. per uenit eadem mul  
 tiplicitas misericordiae tuae. non solum ad homines quos creasti ad imaginē  
 tuam. sed & iam ad pecora quae hominibus subdidisti; a quo enim salus hominis.  
 ab illo salus & pecoris; non erubescas hoc sentias de dño dō tuo. immo prae su  
 mas. & fidas. & caueas ne aliter sentias. qui saluum facit te. ipse saluum facit  
 equum tuum. ipse ouem tuam. ad minima omnino ueniamus. ipse gallinā  
 tuam. Dñi est salus. & ista dñs saluat; mouet interrogas. miror quid dubitas;  
 de dignabitur saluare. qui dignatus est creare; Dñi est salus. angelorū. homi  
 num. pecorum dñi est salus; sicut nemo est a se ipso. ita nemo saluus est a se ip  
 so; proinde uerissime psalmus atq. optime homines & iumenta saluos facies



dñe; quare. sicut multiplicata est misericordia tua dñs; tu enim dñs. tu  
creasti. tu saluas. tu dedisti esse. tu das sanum esse; si ergo sicut multiplicata  
est misericordia dñi. ab illo homines & iumenta saluantur; non habent ho-  
mines aliquid aliud quod eis dñs praestet creator. quod iumentis non praes-  
tat. nulla ne discretio est inter animal factū ad imaginem dñi. & animal sub-  
ditum imagini dñi? est plane; praeter salutem istam communem nobiscū  
animantibus mutis. est quod nobis praestet dñs. illis autem non praestat;  
quid est hoc. sequere in eodem psalmo; filii autem hominum sub tegmine ala-  
rum tuarum sperabunt; habentes modo salutem communem cum pecoribus  
suis. filii hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. aliam habent  
salutem in re. aliam in spe; salus ista quae in praesentia est. hominibus peco-  
ribusq. communis est. sed est alia quam sperant homines. & accipiunt qui  
sperant. non accipiunt qui desperant. filii enim hominum sub tegmine in-  
quit alarum tuarum sperabunt. qui autem per se ueraciter sperant. at-  
te protegentur. ne de spe ad diabolo deiciantur. Sub tegmine alarum tuarū  
sperabunt; si ergo sperabunt. quid sperabunt nisi quod pecora non habe-  
bunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae & torrente uoluptatis tuae  
potabis eos; quale uinum est unde inebriari laudabile est. quale uinum ē  
quod non turbat. sed dirigit mentem. quale uinum est quod facit perpe-  
tuo sanum. non inebriando facit insanum. Inebriabuntur. unde. ab uberta-  
te domus tuae & torrente uoluntatis tuae potabis eos. unde. qm̄ apud te  
fons uitae; ipse fons uitae ambulabat in terra. ipse dicebat. quis sciat ueniat  
ad me; ecce fons; sed nos de lumine loqui coeperamus. & propositam ex e-  
uangelio quaestionem de lumine tractabamus. lecta est enim nobis dicen-  
te dño. ego sum lux mundi; inde quaestio; ne quis carnaliter sapiens solem  
istum intellegendū putaret. uenimus inde ad psalmum. quo considerato  
inuenimus interim dñm fontem uitae; bibe. & uiue. Apud te inquit fons  
uitae. ideo sub umbraculo alarum tuarum sperant filii hominum. in-  
ebriari isto fonte quaerentes; sed de lumine dicebamus. sequere ergo; nā  
propheta cum dixisset. apud te fons uitae. sequutus adiunxit; in lumine  
tuo uidebimus lumen; dñm de dō. lumen de lumine; per hoc lumen factū  
est solis lumen. & lumen quod fecit solem. sub quo fecit & nos. factum est  
sub sole propter nos; factum est inquam propter nos sub sole lumen. qd  
fecit solem; Noli contemne te nubem carnis. nube tegitur non ut obscu-  
ratur. sed ut temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumen in defi-  
ens. lumen sapientiae. lumen sapientiae at hominibus; ego sum lumen  
mundi. qui me sequitur non ambulabit in tenebris. sed habebit lum̄ unq;



quomodo te abstulit ab oculis carnis & reuocauit ad oculos cordis; non enim  
 sufficit dicere, qui me sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen;  
 addidit enim uitae; sicut ibi dictum est; quoniam apud te fons uitae; uide & itaq;  
 fratres mei. quomodo uerba domini cum illius psalmi ueritate concordant, & ibi lumen  
 positum est cum fonte uitae, & ad domino dictum est lumen uitae; in istis autem uer-  
 bis corporalibus aliud est lumen, aliud fons; fontem fauces quaerunt; lumen  
 oculi; quando sitimus, quaerimus fontem; quando in tenebris sumus, quaeri-  
 mus lucem, & si forte nocte sitiamus, lumen accendimus, ut ad fontem ueni-  
 amus; non est sic apud dominum; quod lumen est, hoc est fons; qui tibi lucet ut uide-  
 as, ipse tibi manat ut bibas; uide & si ergo fratres mei, uide & si intus uide & si, quale  
 hoc lumen est de quo dominus dicit, qui me sequitur non ambulabit in tenebris;  
 sequere istum solem, uideamus si non ambulabis in tenebris; ecce oriundo  
 exit ad te, ille cursu suo ad occidentem pergit, tibi forte ad orientem profec-  
 to est, nisi tu in contrariam partem pergas; non quia ille tendit, sequendo  
 eum profecto errabis & pro oriente occidentem tenebis; tu eum in terra si  
 sequaris errabis, nauis si eum in mari sequatur errabit; postremo uide & ur-  
 tibi sequendum esse solem, & tendis & iam ipse ad occidentem quo & ille ten-  
 dit; uideamus cum occiderit, si non ambulabis in tenebris, uide quem admo-  
 dum & si uolueris eum tu deserere, ipse te deseret, seruitutis suae necessita-  
 te peragens diem; Dominus autem noster ihesus christus interim & cum per carnis nu-  
 bem non omnibus apparebat, per sapientiae potestatem omnia tenebat; Dis-  
 tuus ubique, totus est; si non ab illo facias casum, numquam te ipse facit occa-  
 sum; qui ergo me inquit sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lu-  
 men uitae; quod promisit futuri temporis uerbo posuit, non enim ait habet,  
 sed habebit inquit lumen uitae; nec ait tamen qui me sequatur, sed qui me  
 sequitur; in eo quod facere debemus, praesens tempus posuit, quod autem  
 promisit facientibus, futuri temporis uerbo significauit, qui sequitur habe-  
 bit; modo sequitur, post habebit; modo sequitur per fidem, post habebit  
 per speciem; quam diu enim sumus in corpore ait apostolus, peregrina-  
 mur ad domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem; quando per  
 speciem cum habuerimus lumen uitae, cum ad illam uisionem uenerimus,  
 quando nox ista transierit; de illo quippe die qui exorturus est, dictum est,  
 Mane adstabo tibi & contemplantor; quid est mane; transacta nocte sa-  
 culi huius, transactis terroribus temptationum, superato illo leone qui  
 nocte rugiens circum quaerens quem deuorat; Mane adstabo tibi & con-  
 templantor; Nunc uero quid putamus fratres huic tempori congruere, nisi  
 quod rursus in psalmo dicitur, Lauabo per singulas noctes lectum meum



S; si desideras

lacrimis meis stratum meum rigabo, per singulas noctes inquit flebo, desiderio lucis ardebo; uide & dñs desiderium meum. qñm dicit illi alter psalmus, ante te est omne desiderium meum. & gemitus meus non est absconditus a te; Desideras aurum. uideri potest, quaerens enim aurum. manifestus eris hominibus; Desideras frumentum. interrogas qui habeat. & cupiens peruenire ad id quod desideras, indicas te desiderasse dñm. quis uidet nisi dñs. a quo enim p̄cis dñm sicut panem, sicut aquam, sicut aurum & argentum, sicut frumentum. a quo p̄cis dñm nisi ad dñm. ipse p̄cis a se ipso. qui promittit se ipsum, extendit anima cupiditatem suam. & sinu cupiditatis quaerit comprehendere quod oculus non uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit; Desiderari potest. concupisci potest. suspirari in illud potest. digne cogitari & uerbis explicari non potest; Ergo fr̄s mei qñm dñs breuiter ait. ego sum lux mundi. qui me sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen uitae. quibus uerbis aliud est quod iussit. aliud quod promissit. faciamus quod iussit. ne impudenti fronte desideremus quod promissit. medietat nobis in iudicio suo. fecisti enim quod iussisti. ut ex p̄cis quod promissit; Quid ergo iussisti dñe dñs noster. Dicit tibi ut sequereris me; Consilium uitae p̄cis; cuius uitae. nisi de qua dictum est. apud te fons uitae. audiuit quidam. Uade uende omnia quae habes & da pauperibus. & habebis thesaurum in caelo & uenisequere me. Tristis abscessit. non est sequutus; Quae siuit magistrum bonum. interpellauit doctorem. & contempsit docentem; Tristis abscessit ligatus cupiditatibus suis; Tristis abscessit habens grandem sarcinam auaritia super humeros suos; Laborabat. aestuabat. & qui ab illo sarcinam deponere uoluit. non est putandus sequendus. sed desiderandus; postea uero quam dñs per euangelium clamauit. Uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos & discite a me quia mitis sum & humilis corde. Quam multa fecerunt auditu euangelio quod ex ore ipsius auditum diues ille non fecit; ergo modo faciamus. sequamur dñm. soluamus conpedes quibus impedimur sequi; & quis idoneus soluet tales nodos. nisi ille adiuuet cui dictum est. Dirupisti uincula mea. De quo alius psalmus dicit. Dñs soluet conpeditos. dñs eriget elisos; & quid sequuntur soluta & erecta. nisi lumen a quo audiunt. ego sum lumen mundi qui me sequitur non ambulabit in tenebris. quia dñs inluminat caecos. Inluminamur ergo modo fr̄s habentes collirium fidei; praecessit enim eius salua cum terra. unde in unguentur qui caecus est natus. & nos de adam caeci nati sumus. illo inluminante opus habemus; miscuit saluum cum terra. uerbum caro factum est & habitauit in nobis; miscuit saluam cum terra. ideo praedictum est. ueritas de terra orta est. ipse autem dixit. Ego sum uia ueritas



& uita; ueritate perfruemur cum uiderimus facie ad faciem, quia & hoc  
 promittitur nobis; nam quis audeat sperare, quod deus non dignatus esset uel  
 polliceri uel dare. Uidebimus facie ad faciem. apostolus dicit, nunc scio ex  
 parte. nunc in enigmate per speculum. tunc autem facie ad faciem; & iohan-  
 nes apostolus in epistola sua. Dilectissimi filii dei sumus & nondum apparuit  
 quid erimus; scimus cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam uidebimus eum  
 sicuti est; haec est magna promissio, si amas sequere; amo inquit; sed qua se-  
 quor. Si dixisset tibi dominus deus tuus, ego sum ueritas & uita. Desiderans ueritatem.  
 concupiscens uitam. uiam qua ad haec peruenire possis. profecto quaereret.  
 & diceret tibi; magna res ueritas; magna res uita. Si esset quomodo illuc per-  
 ueniret anima mea; quaerit quia. audi eum dicentem primo; Ego sum uia;  
 ante quam diceret tibi quo, praemisit qua, ego sum inquit uia; quo uia. &  
 ueritas & uita; primo dixi qua uenias; postea dixi quo uenias; ego sum uia  
 ego sum ueritas. ego uita; manens apud patrem ueritas & uita. induens se car-  
 ne factus est uia; non tibi dicitur. Labora quaerendo uiam. ut per uenias ad  
 ueritatem & uitam; non hoc tibi dicitur; piger surge. uia ipsa ad te uenit. &  
 te de somno dormientem excitauit. si tamen excitauit. surge ambula; for-  
 te conaris ambulare & non potes. quia dolent pedes; unde dolent pedes. an  
 iubente aurtia per aspera cucurrerunt. sed dei uerbum sanauit & claudos;  
 ecce inquis inos habeo pedes. sed ipsam uiam non uideo. inluminauit & caecos;  
 hoc totum per fidem. quam diu peregrinamur ad deum manentes in corpore;  
 cum autem per ambulauerimus uiam & ad ipsam patriam uenerimus; quid  
 erit nobis leuius. quid erit nobis beatius. quia nihil pacatius. nihil enim aduersus  
 hominem rebellabit; Nunc uero frater difficile sine rixa sumus; ad concordiam  
 quidem uocati sumus. iubemur pacem habere inter nos; ad hoc conandum est.  
 omnibusque nitendum uiribus. ut aliquando ueniamus ad perfectissimam pacem;  
 Modo autem litigamus plerumque cum eis quibus consulete uolumus; ille errat  
 tuus ducere ad uiam. Resistit tibi litigans; resistit paganus. disputas contra  
 errores idolorum & daemoniorum; Resistit hereticus; disputas contra alias  
 doctrinas daemoniorum; malus catholicus non uult bene uiuere. Corripis  
 & iam interiozem fratrem tuum; tecum manet in domo & perditas uias que-  
 rit; aestuas quomodo corrigas; ut de illo bonam rationem domino amborum reddas;  
 quanta undique rixarum necessitates; plerumque homo taedio affectus dicit  
 apud se ipsum; quid mihi est pati contra dictores. patiens eos qui reddunt mala  
 pro bonis. Ego uolo consulete; illi uolunt perire; consumo uitam meam litigando.  
 pacem non habeo. inimicos in super facio quos amicos habere debentem;  
 si beniuolentiam consulentes adtenderent; quid mihi est ista per pacem.



redeam ad me. mecum ero. dñm meum inuocabo; redi ad te ipsum. ibi inuenis rixam; si coepisti dñm sequi. ibi inuenis rixam; quam rixam inquis inuenio. Caro concupiscit aduersus spm. & sps aduersus carnem; ecce tu ipse es. ecce tu solus es. ecce tecum es. ecce alium nullum hominem pateris. sed uides aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuae. & captiuam te in lege peccati quae est in membris tuis; Exclama ergo & arxa interiore clama ad dñm. ut tibi pacificet te; miser ego homo qui me liberabit de corpore mortis huius; gratia di per ihm xpm dñm nostrum; Quia qui me inquit sequitur. non ambulabit in tenebris. sed habebit lumen uitae. qd finita tota rixa immortalitas consequetur. qm nouissima inimica destruetur mors; & qualis pax erit. oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. & mortale hoc induere immortalitatem; quo ut ueniamus quia tunc erit in re. nunc sequamur in spe eum qui dixit; Ego sum lux mundi. qui me sequitur non ambulabit in tenebris. sed habebit lumen uitae.

**INCIPIT SERMO XXXV AB EO QUOD DICTUM EST DIXERUNT ERGO PHARISAEI. TU DE TE IPSO TESTIMONIUM PERHIBES TESTIMONIUM TUUM NON EST UERUM. USQ. AD ID UBI AT UERUM EST TESTIMONIUM MEUM QUIA SCIO UNDE UENI ET QUO UXDO.**

**D**e uerbis dñi nostri ihu xpi ubi ait. ego sum lux mundi qui me sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen uitae. hesternodie qui adfuitis diu disputatum esse meministis. & si adhuc uelimus de illo lumine disputare. diu loqui possumus. nam non possumus explicare compendio; Itaq. frs mei sequamur xpm lumen mundi ne ambulemus in tenebris; tenebrae m&uendae sunt morum. non oculorum. & si oculorum. non exteriorum. sed interiorum. unde discernitur non album & nigrum. sed iustum & iniustum; Cum haec ergo dixisset dñs noster ihu xps. responderunt iudaei. Tu de te testimonium dicis. testimonium tuum non est uerum; Antequam ueniret dñs noster ihu xps. multas antese lucernas propheticas accendit & misit; De his & iam erat iohannes baptista. cui tam magnum ipsum lumen quod est dñs xps perhibuit testimonium. quae nulli hominum; at enim; in natis mulierum non surrexit maior iohanne baptista; hic tamen quo nemo erat maior in natis mulierum. dicit de dño ihu xpo. Ego quidem baptizo uos in aqua. qui autem uenit <sup>p me</sup> fortior me est. cuius non sum dignus calciamentum soluere; Uide & quem admodum se lucerna diei submittat; lucernam uero ipsum iohannem fuisse dñs ipse testatur. Ille erat inquit lucerna ardens & lucens. & uos uoluistis ad horam exultare